



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 1A

1. desperat
2. festinat
3. ambulat
4. nuntiant
5. salutabat
6. adiuvabant
7. parabat
8. laudavit
9. vocaverunt
10. laboravit

### Ex 1B

1. clamat
2. servus clamat.
3. ambulant
4. feminae ambulant.
5. stabant
6. liberi stabant.
7. laudavit
8. domina laudavit.
9. ambulavit
10. dominus ambulavit.

### Ex 1C

1. filia dominam salutat.
2. maritus hortum intravit.
3. puella amicum adiuvabat.
4. domina ancillas vocavit.
5. liberi cibum postulabant.
6. servus legatum necavit.
7. dominus cenam exspectat.
8. filius tabernam spectat.
9. dea signum dat.
10. Romani portas oppugnabant.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 1D

1. domina irata cenam rogabat.
2. dominus benignus magnum praemium dat.
3. pauci liberi lacrimabant.
4. puellam pulchram amo.
5. nuntius fabulam miseram narrabat.
6. Romani crudeles muros altos oppugnaverunt.
7. villam novam spectabat.
8. liberos caros curat.
9. dei soli imperium servaverunt.
10. turba verba mea laudavit.

### Ex 1E

1. contra Romanos pugnant.
2. servus cibum in hortum portabat.
3. femina trans forum ambulat.
4. puella inter servos stabat.
5. per portas latas ambulaverunt.
6. maritus tuus ad templum festinat.
7. servus stultus prope dominum stat.
8. viri in forum festinaverunt.
9. dona per vias portant.
10. domina in villam ambulavit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 2A

1. ambulabamus
2. dormiebas
3. laboro
4. tradidistis
5. tenebamus
6. portavi
7. venis
8. posuerunt
9. custodiebamus
10. terrebatis

### Ex 2B

1. puer epistolam scribit.
2. libertus amicos domini invitabat.
3. filiam feminae servavi.
4. ancillae cenam reginae parabant.
5. puellas gladio terruit.
6. dei templa defenderunt.
7. arma nautarum portabatis, servi.
8. pecuniam domini reliqui.
9. auxilio deorum pericula superavimus.
10. portam gladiis custodiebatis.

### Ex 2C

1. dominus in foro dicebat.
2. nautae ad patriam navigabant.
3. reginam contra servos defendimus.
4. pecuniam in silva invenit.
5. cum amicis ambulat.
6. ancilla in horto dormiebat.
7. in viam festinavimus.
8. e villa veniunt.
9. in aquam cecidit.
10. epistulam ad maritum feminae misi.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 2D

1. dominus iratus in horto saepe clamabat.
2. reginam saevam tandem superavimus.
3. parvi pueri in viam subito cucurrerunt.
4. vinum novum in taberna diu bibebatis, amici.
5. feminae laetae ad templum deae ambulat.
6. dominum malum gladiis necavimus.
7. epistulam longam scripsi.
8. domina multos servos habebat.
9. amicos liberti ad magnam cenam invitavi.
10. cibum domino bene paras, serve.

### Ex 2E

1. maritus feminae saevus semper est.
2. consilio novo patriam servare possumus.
3. in horto dormire non poteram.
4. parva puella magnum gladium portare non poterat.
5. epistula reginae longa erat.
6. libertus laetus non est.
7. nuntium audire non possum.
8. in magno periculo es, amice.
9. pecuniam invenire non poteram.
10. quando ad forum venire potes?

### Ex 2F

1. in horto multas horas ambulabamus.
2. multos annos patriam defenderunt.
3. in magna villa multos annos habitabat.
4. puer multas horas in agris currebat.
5. cum domino multos annos laboravi.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 3A

1. hostes feroces gladiis oppugnanimus et urbem defendimus.
2. multi montem altum ascendebant et mare videre poterant.
3. iuvenis tristis in via ambulabat.
4. epistulam brevem manu scripsi.
5. opus difficilie confecisti.
6. cives laeti verba fortia consulis audiunt.
7. magna spe et virtute audaci patriam servavisti/servavistis.
8. nomina iuvenum scio.
9. parva puella omnia timet.
10. regem malum ex urbe pepulimus.

### Ex 3B

1. dominus magnum praemium liberto fideli dabit sed servos malos puniet.
2. cives verba audacia regis audiverant et spolia belli viderant.
3. navis ad insulam navigaverit et nautae socios servaverint.
4. multi fortes portas urbis custodiverant et cives servaverant.
5. de victoria facili exercitus et de fuga hostium audiveris/audiveritis.
6. de omnibus rebus scit; de omnibus consiliis cognovit.
7. equus ad terram ceciderat, sed miles e pugna/proelio effugit.
8. puer stultus erat et pecuniam in taberna reliquerat.
9. liberos multa de Romanis et de imperio docuero.
10. dominus iratus erit; verba nuntii audire non poterit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 4A

1. caput militis gladio vulneratum erat.
2. equi miseri ad flumen a servis ducti sunt.
3. a deis servabimur.
4. pecunia senis in silva celata est.
5. hostes armis Romanorum opprimuntur.
6. ab imperatore liberaberis/liberabimini.
7. libri graves a iuvene portabantur.
8. verbis audacibus nuntii non terrebimur.
9. templum novum in foro a principe aedificabitur.
10. cena a servis parat erit.

### Ex 4B

1. copiae Romanorum muris/moenibus urbis appropinquabant.
2. in foro cum amico ambulabam.
3. dominus dormit; non surget.
4. multi civium consilio senatorum non favent.
5. dominae malae non parebo.
6. rex captivis miseris pepercit.
7. reginae persuasi; exercitum in pugnam/proelium mittet.
8. ab urbe statim discedes/discedetis.
9. iuvenis legioni iam/nunc praeest.
10. nuntio non credo.

### Ex 4C

1. imperator/dux milites verbis audacibus hortatus est.
2. tristis hodie videris, amice.
3. canis dominum in hortum secutus est.
4. ante primam lucem proficiscemur.
5. complures senators cum principe in forum ingressi sunt.
6. Romani ad copias hostium progressi sunt.
7. ab urbe discedo; numquam regrediar.
8. consul diu locutus est; tandem civibus persuasit.
9. templa deorum miramur.
10. senex mortuus est; dira passus erat.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 4D

1. servi in urbem inibunt et cibum ement.
2. maritus uxorem relinquere non vult sed ad bellum mittitur.
3. puer bonus est et librum legere mavult.
4. milites arma gravia ferebant.
5. magnum praemium dare volunt.
6. ingens turba ad forum iverat et principem exspectabat.
7. omnes pueri clamabant; magistrum audire nolebant.
8. in urbe manere nolo; in agris habitare malo.
9. in proelio/pugna vulneratus eras et ad castra ab amicis latus es.
10. omnes boni pro patria pugnare volunt.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 5A

1. tu magnas divitias habes; ego pauper sum sed laetus.
2. consul haec dixit et discessit.
3. illum servum emam; validus enim esse videtur.
4. villa nova in hoc loco aedificabitur.
5. ille semper de se loquitur. eum non amo.
6. te amo. numquam te relinquam. semper tecum manebo.
7. cibus in hac taberna dirus est. eum consumere nolo.
8. verba eius difficilia sunt. ea intellegere non possumus.
9. verbis eorum non terrebimur, sed pro urbe nostra pugnabimus.
10. rex filium suum mittet. ille eis persuadebit.

### Ex 5B

Hannibal in monte stetit et procul agros Italiae vidit. deinde suos his verbis hortatus est: 'iter longum fuit nec tamen superati sumus. neque tempestas neque nix nos impediverunt. et iam Italia ante nos iacet. Romani nobis resistere non poterunt. exercitus eorum vincemus et urbes eorum delebimus. mox Italia a Poenis regetur et omnes nomen Hannibalis scient et timebunt.' deinde milites eius magnum clamorem sustulerunt: 'te sequemur neque vincemur. mox moenia Romae oppugnabimus.'





## Latin Prose Composition

---

### Ex 6A

1. uxor mea tristissima videtur.
2. bellum contra hostes saevissimos geremus.
3. in illa urbe aqua pessima est.
4. ancillam regi crudelissimo tradere nolebat.
5. ego validior sum quam frater meus, sed ille plus pecuniae habet.
6. templum maius quam templum Iovis Maximi Optimi non vidimus .
7. plurimae navium tempestate deletae erant.
8. verbis stultissimis nuntii decepti erant.
9. urbs consilio audacissimo servabitur.
10. plus vini bibemus et laeti erimus.

### Ex 6B

1. servi cenam optimam mox parabunt.
2. pecuniam quam celerrime trades/tradetis.
3. hostes per silvam lentissime sequebamur.
4. servus miser a domino irato crudelissime punitus est.
5. ille puer multo celerius currere quam omnes ceteri potest.
6. multae epistolae ad imperatorem frustra missae erant.
7. liberi a magistro optime docti erant.
8. omnem pecuniam stulte amisi.
9. verba facillime discere poteris/poteritis.
10. hostibus fortiter diutissime restiterant, sed tandem omnes necati sunt.

### Ex 6C

Thisbe Pyramum maxime/plurimum amabat; iuvenis enim pulcherrimus erat. pater autem et mater puellae 'neque illum iuvenem videbis,' inquiunt, 'neque cum eo loqueris.' itaque amatores fugere constituerunt. 'extra urbem prope sepulchrum Nini post occasum solis conveniemus.' Thisbe prima advenit. subito autem leonem saevum vidit. ille ingenti fremitu appropinquavit. itaque puella territa in cavernam cucurrit. velamen tamen demisit. leo velamen ore cruento laceravit et discessit. deinde Pyramus venit. velamen vidit et magno clamore 'Thisbe a leone,' inquit, 'necata est. vivere sine ea non possum.' et gladium in pectus condidit. Thisbe e caverna exiit. Pyramus vidit. 'ego tecum, carissime,' inquit, 'moriar.' deinde gladium e corpore eius extraxit et se necavit. dolore enim superata est.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 7A

1. ad terram novam navigantes, multa mira vidimus.
2. ancilla, a domina punita, in viam cucurrit.
3. scelus tuum non laudaturus sum; mox poenas daturus es.
4. cibum raptum consumpsit.
5. princeps, in forum ingressus, cives salutavit.
6. bene docti iam haec omnia intellegitis.
7. in magna villa prope mare aedificata habitat.
8. in horto ambulans de libro cogitabat.
9. pecuniam ablatam in agro celavi.
10. territi fugerunt.

### Ex 7B

1. epistula scripta, in horto ambulavi.
2. epistula scripta nuntio data est.
3. epistulam scriptam nuntio dedi.
4. epistulam scriptam nuntio dedi.
5. nave tempestate deleta, nauta in portu manere coactus est.
6. copiis instructis, contra hostes fortiter pugnabimus.
7. terra visa, nautae magna voce clamaverunt.
8. opere confecto, diu dormivi.
9. custodibus oppressis, castra ingressi captivos liberavimus.
10. cives, multa dira in bello passi, pace tandem facta, laeti erant.

### Ex 7C

senatores Romani, exercitu a Sabinis deleta, cum territi imperatorem novum creare constituissent, nuntios ad Cincinnatum miserunt. ille, ex urbe expulsus, iam in parvo fundo trans flumen sito habitabat. magnus enim imperator olim fuerat, sed iam pauper erat. agros arabat, sed nuntiis visis, togam induit. verbis eorum auditis, 'ad urbem regressus,' inquit, 'Romam servabo.' deinde, Sabinis victis, ad agros regressus fundum curabat. nam terram colere potius quam magnas divitias habere malebat.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 8A

1. ubi/ut/postquam diu in agris laboravit, confectus erat. OR cum ... laboravisset
2. ubi/cum imperator iusserit, oppugnabimus.
3. milites, ubi/ut/postquam mare viderunt, magnum clamorem sustulerunt. OR cum ... vidissent
4. cum/ubi advenero, pecuniam celatam quaeram/petam.
5. cum/ubi amicum videro, eum ad cenam invitabo.
6. liberi, ubi/ut/postquam matrem clamantem audiverunt, statim redierunt/regressi sunt. OR cum ... audivissent
7. cives ubi/ut/postquam imperatorem novum viderunt, gaudio superati sunt. OR cum ... vidissent
8. ubi/ut/postquam nuntium audivi, tristissimus eram. OR cum ... audivissem
9. servi, ubi/ut/postquam cibum paraverunt, a domino laudati sunt. OR cum ... paravissent
10. cum dormire OR ubi dormiebam frater regressus est/rediit.

### Ex 8B

servus quidam, Androclus nomine, a domino saeve punitus, ad terram aliam fugit. olim, cum ingentem leonem appropinquantem vidisset, territus erat. hic leo, autem, non ferox erat, sed tristissimus videbatur. subito Androclus spinam in leonis pede vidit. ubi extracta est, leo in silvam laete abiit. Androclus autem post iter longissimum ad urbem venit. sed quod a domino fugerat, mox in arenam tractus est. cum in arena staret, leo e cavea subterranea missus est. nec tamen in Androclum impetum fecit sed ad pedes eius cecidit. Androclum enim agnotum ob benignitatem priorem servare volebat.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 9A

1. miles qui gravissime vulneratus erat ad castra ab amicis portatus est.
2. servus quem heri emi laborare non vult.
3. navis in qua navigabam redire ad portum vento coacta est.
4. post pugnam ferocissimam, ipsi Romani arma hostibus tradiderunt.
5. imperator milites laudavit quorum virtute castra hostium capta erant.
6. puer cui magister praemium dederat laetissimus erat.
7. domus ipsius principis magno incendio deleta est.
8. ego eadem semper dico; tu numquam audis.
9. nuntius a rege missus, in urbem ingressus est/urbem intravit. quem cum cives vidissent, ad forum festinaverunt.
10. epistulam, quam frater scripserat, raptam statim legit.

### Ex 9B

iter cum amico faciebam. cum ad urbem venissemus, ad tabernam ivimus et cena consumpta, in eodem cubiculo dormiebamus. ianuis subito refractis duae sagae intraverunt. cubili meo collapsio, ad terram vi iactus sum. territus ibi iacebam, sagas spectans quae amico appropinquaverunt. altera, quae gladium portabat, 'soror carissima,' inquit, 'hic vir, amore meo contempto, cum me deseruisset, fugit. nunc autem poenas dabit.' quibus dictis, cum gladium in collum eius condidisset, manu dextera in vulnus immissa, cor extraxit. deinde sagae, clamantes ululantesque, discesserunt.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 10A

1. ad forum festinemus et verba nuntii audiamus.
2. ad urbem i, serve, et cibum eme.
3. sequimini me, milites. nolite timere. patriam fortiter defendamus et hostibus resistamus qui nos opprimere volunt.
4. mox terram videamus. ne in mari pereamus. nos servate, dei.
5. noli timere. mox matrem tuam inveniemus.
6. a me monere, fili. noli ad bellum ire. hic mecum mane.
7. his verbis moti, senatores magnum clamorem sustulerunt: 'auxilium ad milites nostros mittamus.'
8. noli aquam bibere nam pessima est. vinum melius est.
9. in horto sedeamus et de temporibus laetioribus loquamur.
10. diu vivas et liberos liberorum videas.

### Ex 10B

cum corpus amici ibi iacens vidissem, territus fugere constitui. ubi ad ianitorem ivi, 'portas aperi,' inquam. 'nam ante primam lucem discessurus sum.' ille autem portas aperire nolebat. 'noli exire,' inquit. 'viae enim latronibus infestae sunt.' ad cubiculum regressus, miserimus eram. subito autem amicus excitatus 'somnia pessima habui,' inquit, 'sed iam discedamus.' miratus collum inspexi nec tamen vulnus videre poteram. ubi ad flumen venimus, amicus qui sitiebat, 'hic,' inquit 'consistamus.' cum ad flumen ivisset, aquam bibere incepit. cum autem vulnus quod in collo fuerat subito hiavisset, paucae guttae sanguinis in aquam stillaverunt. amicus meus mortuus erat.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 11A

1. cur illi viro credis? nonne mala saepe dixit?
2. utrum ad forum hodie venies an hic manebis?
3. quomodo de consiliis nostris cognoverunt? quis ea hostibus tradidit?
4. quando epistula a patre tuo missa adveniet?
5. quo is/itis? quid facis/facitis?
6. quis moenia/muros Romae oppugnare audebit?
7. quot servos habes? omnes ipse emisti?
8. ubi librum tuum reliquisti, puer stulte?
9. quid faciam? pecunia mea ablata est.
10. uter consulum exercitum in pugnam ducet?

### Ex 11B

1. miser Catulle, nonne stultus es? puella te deseruit – nonne sensisti? eam plus amabas quam ulla puella umquam amabitur, et olim laetus eras. cum illa te amaret, sol clarius fulgere videbatur. sed iam tui oblita, alios persequitur quos in urbis viis hortisque legit. cur de ea cogitans te torques? noli tristis esse; eat; eius obliviscere. vale puella. non diutius te quaeram, non diutius te amabo. sed tu sine me qualem vitam habebis? quis iam ad te veniet? cui pulchra videberis? quem basiabis? sed tu, Catulle, eius obliviscere et prefer.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 12A

1. cum amico in villa manebo quam prope mare aedificavit.
2. servi qui in agris multas horas laboraverant confecti erant.
3. ad urbem nocte progressus, exercitus castra extra moenia posuit.
4. legio tertia, quae Romam festinabat, flumine impeditus est.
5. nolite timere. ad portum paucis horis adveniemus.
6. decem annos natus Romam cum patre ivi.
7. urbs maximo muro multos pedes alto defenditur. numquam vi capietur.
8. primo die multa milia passuum progressi sumus, sed secundo die ob tempestatem quae pessima erat lentius contendebamus.
9. eum in medio foro stantem vidimus.
10. cives, rege Roma expulso, cum nuntios audivissent, gaudebant.

### Ex 12B

Iulius Caesar Romae Idibus Martiis in Pompeii theatro occisus est. eo tempore Octavius, qui annos undeviginti natus erat, in Graecia studebat. nuntiis auditis, statim ad Italiam regressus, sine mora Romam festinavit. testamento avunculi maioris filius heresque Caesaris factus, cum ad Caesaris milites ivisset, divitiis quae ei relictas erant exercitum collegit. duobus post annis, ubi ad Graeciam navigavit, coniuratos qui Caesarem occiderant superavit. primo die pugnae Cassius se interfecit. paucis post diebus, cum copiae eius victae essent, Brutus quoque se interfecit. Octavius, omnibus hostibus superatis, Romam regressus iam Augustus vocabatur et principum primus erat.



## Latin Prose Composition

---

### Ex 13A

1. nuntius dicit multas naves tempestate deletas esse.
2. ipsum principem hanc epistulam scripsisse puto.
3. hostes in magno proelio victos esse audimus.
4. nuntium mox adventurum esse dicunt.
5. amicos Romae hieme manere scio.
6. filium cognovi domum cum amica nova venire.
7. deos ipsos ante pugnam visos esse dixerunt.
8. nonne intellexisti puerum in flumen cecidisse?
9. forte sensi hastam fractam esse.
10. hostes secuti, cum castra in silva poni cognovissent, ad legionem quam celerrime redierunt.

### Ex 13B

1. promitto me epistulam sine mora scripturum esse.
2. dicunt/ferunt obsides redditos esse. OR obsides dicuntur redditi esse.
3. credebant se Romanos ex hac insula expulsuros esse.
4. me spero vos iterum mox visurum esse.
5. negavit se regem fieri velle.
6. nautae se terram novam trans mare invenisse nuntiaverunt.
7. negavit hostes umquam urbem capturos esse.
8. cum cognovissent se ab amicis proditos esse, dolore iraque superati sunt.
9. alii dicunt ipsum principem urbem incendisse; alii negant eum Romae illo tempore adfuisse/adesse.
10. dicunt/ferunt ipsam deam milites ante pugnam hortatam esse. OR ipsa dea dicitur hortata esse ...

### Ex 13C

deinde Eburones, Ambiorige duce, castra Sabini et Cottae oppugnaverunt. dixit enim omnes Gallos arma contra Caesarem sumpsisse et Germanos flumen transire. promisit autem se eos incolumes per fines suos ad castra Romana proxima ducturum esse. quibus auditis, Cotta negavit se verbis imperatoris hostium credere. Sabinus tamen dixit se milites e castris ducturum esse. milites igitur, rati Amborigem se adiuturum esse, prima luce e castris profecti sunt. Romani autem decepti erant. Galli enim, qui se in silvis celaverant, impetu in Romanos subito facto, plurimos occiderunt. ceteri ad castra se receperunt, sed omni spe salutis amissa, se nocte interfecerunt.





## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 14A

1. Romae paucos dies mansurus sum ut amicum curem.
2. imperator naves expectabat in quibus suos ad insulam veheret.
3. servi opus quam celerrime confecerunt ne dominus irasceretur.
4. hanc epistulam scribo ne muneris obliviscaris.
5. Romani vias rectas muniebant quo exercitus celerius trans imperium mitterentur.
6. mercator dives locum idoneum quaerebat in quo villam novam aedificaret.
7. puer se post arborem celavit ne a matre videretur.
8. servos emi ut me in agris adiuverent.
9. senex in horto sedebat ut librum legeret.
10. nuntiis laetis auditis, gaudio superatus, ad templum Ii ut deis gratias agerem.

### Ex 14B

Verre praetore, Antiochus rex, iter Romam faciens ut candelabrum mirabile ex auro gemmisque factum Iovi Optimo Maximo dedicaret, ad Siciliam venit. quibus auditis, Verres ad Antiochum nuntium misit qui diceret se ipsum candelabrum videre velle. cum ad praetorium vectum esset, negavit se satiatum esse. 'candelabrum hic reliquite,' inquit, 'quo ipse diligentius inspiciam.' sciebat candelabrum ad Iovis templum mitti, sed tamen ipse id habere volebat. cum autem Antiochus negavisset se velle homini dare donum deo factum, Verres subito 'ab insula ante noctem discede,' inquit. 'cognovi enim piratas a te accessitos, e regno tuo venire ut Siciliam oppugnent.'



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 15A

1. hostes impetu Romanorum adeo territi sunt ut in silvas fugerint.
2. mons tam altus erat ut eum ascendere non possem.
3. consul tam bene de re publica locutus erat ut domum ab aliis senatoribus ductus sit.
4. rex ultimus tam crudelis erat ut Roma expulsus sit.
5. tot militum interfecti erant ut hostes ipsam aquilam ceperint.
6. stultior es quam ut haec intellegas.
7. ille mercator tales divitias comparavit ut etiam plures servos emat.
8. templum novum a principe aedificatum tantum erat ut cives mirarentur.
9. pecuniam ita celemus ut numquam inveniatur.
10. sunt qui dicant principem ab uxore sua interfectum esse.

### Ex 15A

Brenno duce, magnus exercitus in Italiam progressus Romam contendit. copiis ex urbe missis, acies prope Alliam flumen instructa est. duces Romanorum tam stulti erant ut ante pugnam deis non sacrificarent. Brennus, cum intellexisset Romanos in loco iniquo instructos esse, impetum fecit. Romani adeo territi sunt ut non resisterent. simul atque clamorem Gallorum audiverunt, se receperunt. multi, armis abiectis, fugientes interfecti sunt. primo Galli hanc victoriam adeo mirabantur ut nihil facerent, sed tandem, praeda collecta, in viam ingressi non multo ante noctem Romam advenerunt.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 16A

1. patri persuadere conor ut plus pecuniae statim mittat.
2. imperator suos hortatus est ne timerent.
3. liberi moniti erant ut trans viam transeuntes caverent.
4. domina servos hortata est ut cenam quam celerrime pararent.
5. cur non eam rogas ut nobis cantet?
6. mihi persuaserunt ut secum ad oram irem.
7. magister pueris imperavit ne exclamarent OR magister pueros vetuit exclamare.
8. putasne nos ei persuasuros esse ut agrum vendat?
9. urbe capta, imperator militibus imperavit ut feminis liberisque parcerent. OR imperator milites iussit ... parcere.
10. ingentibus ventis naves undique pellentibus, nautae deos oraverunt ut se servarent. OR cum ingentes venti ... pellerent ...

### Ex 16B

Coriolanus, in iudicio damnatus, cum Roma discessisset, se Volscis iunxerat qui illo tempore urbem obsidebant. Romani autem mox intellexerunt se ira iniusta superatos imperatorem suum optimum expulisse. nuntios igitur ad Coriolanum miserunt qui eum orarent ut pace facta ad urbem rediret. ille autem Romanos adiuvari volebat. tandem uxor eius, duos parvos filios portans, et mater eius cum ceteris feminis ad hostium castra iverunt ut conarentur persuadere ei ut pacem acciperet. 'cum viri armis urbem servare non possint,' inquit, 'eam lacrimis nostris defendamus.' filio viso mater 'utrum ad hostem veni,' inquit, 'an ad filium?' deinde uxor eum complexa oravit ne diutius urbem oppugnaret.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 17A

1. non possum intellegere cur filia mea illum iuvenem amet.
2. cognoscere conor quomodo Romani aquam in urbes ducerent.
3. domina scire volebat cur ancilla opus non confecisset.
4. intellegere non poterat quomodo pecuniam in terra celatam invenissent.
5. mater, cum filium arborem ascendentem vidisset, rogavit quid faceret.
6. scisne cur rex ultimus ex urbe expulsus sit et quis primus consul factus sit?
7. nescio utrum imperator captivos interfecturus sit an eos liberaturus sit.
8. audivistine quid nocte acciderit?
9. mercator dives, cum vidisset quanta villa esset, eam statim emere constituit.
10. puer tam stultus erat ut nesciret quando Romani Britanniam vicissent.

### Ex 17B

cum Plinius in patria maneret, iuvenis venit qui eum salutaret. Plinius eum rogavit num studeret. cum cognovisset iuvenem Mediolani doceri, rogavit cur non Comi studeret. pater pueri respondit nullos magistros in oppido esse. quibus auditis, Plinius miratus non poterat intellegere quomodo cives vellent filios domo ad alium locum mitttere ut ibi docerentur, et rogavit ubi melius educari possent quam domi. promisit igitur se pecuniam daturum esse ut cives magistrum conducere possent. sed ipsos parentes hortatus est ut et pecuniam conferrent et magistrum legerent.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 18A

1. non tibi licet civem Romanum necare.
2. necesse est pro libertate pugnare quam patres nobis tradiderunt.
3. tribus post diebus acriter pugnatum est.
4. clamore audito, undique in forum concursus est.
5. senatoribus placet legatos ad regem mittere.
6. nulli feminae, ne principis quidem uxori, licet senatui adesse.
7. te oportuit me monere dominum Romam redire velle.
8. numquam mihi persuadetur ut patriam prodam.
9. post longum et difficile iter, quinto die ad mare adventum est.
10. captivi scelus dirissimum commiserunt; eis non parcetur.

### Ex 18B

mihi placuit Roma discedere, nam turbas et odorem urbis non diutius ferre possum. oportet me ante primam lucem surgere ut patronum divitem salutem. etiam ea hora diei undique festinatur. ubi ad patroni domum adveni nescio utrum servi eius me in atrium admissuri sint. pudet me sportulae, sed sine pecunia quam mihi dat pensionem pendere non potero. in insula dira habito; tam mala est ut dicant aedificium mox collapsurum esse. vehicula, quibus licet urbem solum nocte intrare, tantum strepitum faciunt ut non possim dormire. mihi igitur persuasum est melius esse rure habitare. ibi parvam domum emam et hortum in quo holera colam. pauper ero, sed liber.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 19A

1. legere est facilius quam scribere.
2. statim proficiscendo, ad urbem ante noctem advenies.
3. cupidissimus est Romam eundi.
4. hostibus parcendo magnam gloriam sibi comparavit.
5. epistulam mittam ad cognoscendum de pugna.
6. hanc occasionem vera dicendi ne neglegamus.
7. nonne intellegis te talia dicendo amicos tuos prodere?
8. tam stultus est ut solum bibendo et dormiendo operam det.
9. hieme tempestas ad laborandum in agris idonea non est.
10. signo progrediendi dato, milites magnum clamorem sustulerunt.

### Ex 19B

ante pugnam dux suos talia dicendo hortatus est. 'nolite copias hostium timere quas ad pugnandum instructas videtis. clamando et nobis minando nos terrere volunt, sed eos et clamores stultos eorum contemnite. signo progrediendi audito, omnibus viribus impetum facite. hostes nullam pugnandi occasionem habebunt, sed rati fugere melius quam resistere, perterriti fugient. cupidi ex acie effugiendi, armis abiectis, current. nolite praedandi causa consistere, sed persecuti omnes interficite. maiores nostri vincendo in pugna operam dabant et hoc modo Romam magnam fecerunt. eadem hodie faciendo et fortiter pugnando nos quoque gloriam Romae comparemus.' hostium plurimis occisis, pauci effugerunt. regina eorum veneno se interfecit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 20A

1. ad insulam navigaturus sum ad servos emendos.
2. villam novam rure aedificandam curabo.
3. occasio Romae videndae tandem mihi data est.
4. dominus cibum inter servos dividendum dedit.
5. senatores advenerunt cupidi orationis consulis audiendae.
6. ad exercitum hortandum imperator ipse in mediam pugnam cucurrit.
7. librum scripsit principis laudandi causa.
8. legibus parendo patres nostri hanc urbem magnam fecerunt.
9. vir fortis se in flumen iecit amici servandi causa.
10. ne hanc occasionem neglegamus gloriae nobis ipsis comparandae.

### Ex 20B

deinde comitibus convocatis Brutus 'Caesar tam potens factus est,' inquit, 'ut cupidus Romae regnandi sit. urbi regendae studet, sed maiores nostri civium liberandorum causa regem ultimum expulerunt. nos quoque exemplum eorum sequamur. armis ad rem publicam servandam sumptis ab illis nobis relictam, hanc occasionem amicos ulciscendi rapiamus qui tyranno resistentes mortui sunt. numquam Romani unius viri servi erunt.' theatrum Pompeii locus videbatur idoneus ad Caesarem aggrediendum, et Idibus Martiis occasio consilii perficiendi eis data est. opus Caesaris fodiendi Cascae primo datum est. pugione eius in Caesaris collum condito, ceteri parati ad corpus percutiendum circumvenerunt. tandem capite toga cooperto, viginti tribus vulneribus confossus, ad terram cecidit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 21A

1. domus maior mihi aedificanda est ut divitias meas ostendam.
2. talia tibi non dicenda sunt; scis enim ea non vera esse.
3. hic liber tibi legendus est, nam optime scriptus est.
4. labore confecto, domum tibi statim festinandum est.
5. epistula mihi mittenda est ut senatus de victoria mea cognoscat.
6. mihi cognoscendum est ubi senex pecuniam celaverit.
7. a te ei persuadendum est ut tecum veniat.
8. hostes Romanis sine mora aggrediendi erant ne trans flumen effugerent.
9. Roma mihi videnda est; negant enim ullam urbem maiorem esse.
10. scisne cur ei tam subito discedendum esset?

### Ex 21B

magna parte urbis incendio deleta, Nero consilium Romae restituendae cepit quo etiam pulchrior esset. primum ruinae demoliendae erant et rudus in navibus Ostiam vehendum erat. deinde marmor in urbem ferendum erat, nam aedificia nova e saxo aedificanda erant ne tam facile umquam iterum igne delerentur. insulae quoque porticibus protegendae erant, quos Nero promisit se pecunia sua aedificaturum esse. plurimi tamen credebant ipsum principem urbem incendisse; sibi enim legit eas urbis partes quae ad ingentem regiam aedificandam idoneae videbantur. talis erat invidia eius ut diceret Christianos urbem incendisse. itaque a militibus rapti et dira passi, occisi sunt.





## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 22A

1. senex in vias nocte exire timebat.
2. ancilla timebat ne a domino puniretur.
3. timeo ne domus igne deleta sit.
4. veriti ne aquila legionis ab hostibus caperetur, Romani audacter aggressi sunt.
5. nonne timebas ne pecuniam auferens videreris?
6. senatores timebant ne princeps diceret plures milites mittendos esse.
7. cum audivissem quid accidisset, timebam ne me deseruisses.
8. mater, verita ne filius a bello non rediret, deos orabat ut eum servarent.
9. tanta tempestas orta est ut timeremus ne navis ad portum non adveniret.
10. iam deceptus timeo ei iterum fidere.

### Ex 22B

cum cives qui Romae manserant audivissent exercitum a Gallis victum esse, timebant ne non urbem defendere possent. itaque iuvenibus imperatum est ut arcem et templa deorum custodirent. feminae plebeique, veriti ne manendo omnem cibum consumerent, fugerunt. senatores autem negaverunt se mori timere, et togis vestiti in mediis atriis sedebant. mox Galli in urbem ingressi, ipsa solitudine turbati timebant ne insidiae paratae essent. tandem, ianuis apertis, domus divites nobilium intraverunt. cum senatores vidissent, timebant ne hi viri qui immoti sedebant similes deis essent. deinde unus Gallorum barbam Marci Papirii tetigit. ille statim caput Galli scipione percussit, et Gallus, ira superatus, Papirium occidit. is igitur primus mortuus est. deinde, ceteris trucidatis, aedificia direpta incensa sunt.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 23A

1. si consulis orationem audivisti, felicissimus eras.
2. si iam Romae adesses, gladiatores nobiscum spectares.
3. laetiorne sim, si magnas divitias comparem?
4. si statim hostes aggressi erimus, non poterunt nobis resistere.
5. si vultis discere, magistro dicente nolite loqui, sed diligenter audite.
6. si nautae in tempestate deos precati essent, servati essent.
7. si ei diutius loqui licuisset, iudices ei pepercissent.
8. si cognoveris quando princeps rediturus sit, epistula ad me statim mittenda erit.
9. nisi epistulam invenissem, non cognovissem patrem meum olim servum fuisse.
10. si scirem quis pecuniam abstulisset, tibi dicerem.

### Ex 23B

Romani, cum bellum contra Poenos gererent, libros sacerdotis Sibyllinae consuluerunt ut cognoscerent quid sibi faciendum esset. in quibus libris haec verba legerunt: 'si matrem deorum Romam tuleritis, hostes superabitis.' cum non intellexerent quomodo dea Romam ferri posset, legatos Delphos miserunt, ubi eis ut ad regem Pergami irent ab Apolline imperatum est. ille eos benigne acceptos ad templum duxit et eis lapidem monstravit qui ibi servabatur. 'cives huius urbis,' inquit, 'credunt hunc lapidem imaginem deae esse. nisi maiores vestri ab hac terra ad Italiam navigavissent, non vobis liceret auferre imaginem sacram. sin mater liberos sequi vult, ego non possum vos prohibere. si hunc lapidem Romam portetis, ipsa dea vobiscum eat.'



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 24A

1. non discedes priusquam opus confeceris.
2. dum Romae adest, ab ipso principe salutatus est.
3. hostes aggressi sumus priusquam trans flumen fugerent.
4. sol oriebatur cum procul terram vidimus.
5. dummodo naves in portu maneant, incolumes erunt.
6. mercator exspectabat donec ventus caderet.
7. non ante pugnare desinemus quam Romanos ex insula nostra expulerimus.
8. dum legere conabar, liberi adeo clamabant ut librum deponere coactus sim.
9. per montes ambulabamus cum subito ingens lusus ad nos cucurrit.
10. cum cives vidissent gladiatorem vulneratum ad terram cadere, principem hortati sunt ut ei parceret.

### Ex 24B

cum navis quae imaginem magnae matris vehebat ad os Tiberis advenisset, undique concursus est ad deam salutandam. sed dum navis adverso flumine navigat, subito constitit. itaque, funibus ad navem alligatis, viri eam ad urbem trahere conati sunt; navis autem immota in flumine manebat et viri confecti collapsi sunt. cogitabant quid faciendum esset cum subito femina, Claudia Quinta nomine, exclamavit; 'cives me feminam pessimam esse credunt,' inquit, 'et me plurimos viros amavisse. si tu, dea, me condemnes, me poena dignam fuisse fatear; sin casta vixi, manus meas castas sequere.' haec precata, funem digitis teneris tetigit. navis, statim sine difficultate secuta, virtute feminae probata, non prius constitit quam ad mediam urbem advenit. haud multo post Hannibal ab Italia discedere coactus est.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 25A

1. cum tempestas pessima esset, domi mansimus.
2. quamquam confectus sum, opus perficiam.
3. cum epistulam tuam non accepissemus, de patris tui morte nesciebamus.
4. miles, quamquam ipse vulneratus erat, tamen amicum servare potuit.
5. quod consilia nostra hostibus prodidisset condemnatus est.
6. pecunia inventa, laetissimus eram.
7. nuntiis auditis, pater meus domum statim redire constituit.
8. quamquam negavit se pecuniam abstulisse, non ei credebam.
9. veriti ne hostes urbem oppugnarent, cives arma paraverunt.
10. quamquam intellegebat eum verba sua neglecturum esse, maritum orabat ne hieme navigaret.

### Ex 25B

Etrusci, Tarquiniis Roma expulsis, rati se Romanos iterum regem accipere coacturos esse, contra urbem contenderunt. quamquam exercitus qui Etruscis resisteret missus est, multis occisis, ceteri perterriti trans Tiberim fugerunt. unus, Horatius Cocles nomine, intellexit in quanto periculo ipsa urbs esset. 'nostri fugati sunt,' inquit, 'et si Etrusci trans pontem transeant, urbem facile capiant.' itaque solus mansit. reliquos iussit eam partem pontis rescindere quae urbi proxima erat. mox duo alii progressi cum eo in ponte stabant. paulisper acriter pugnatum est, sed cum parva pars sola pontis relicta esse, Horatius ceteris imperavit ut se reciperent. Etrusci, cum nescirent quid faciendum esset, primo cunctati, tandem magno clamore sublato, in eum undique tela coniecerunt. deinde Horatius, cum in flumen saluisset, telis desuper cadentibus, incolumis ad Romanos natavit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 26A

1. milites magnum clamorem sustulerunt quasi iam vicissent.
2. numquam tot libros comparabo quot amicus iam habet.
3. ambulat quasi iam senex sit/esset.
4. numquam aedificium tantum vidimus quantum hoc templum.
5. numquam eos mirabor qui amicos produunt.
6. nihil dixit quasi iam audivisset exercitum superatum esse.
7. in hoc campo nobis pugnandum est quasi ante moenia ipsius Romae pugnemus/pugnaremus.
8. dei huius gentis non eidem sunt quos colimus.
9. sicut promisi regressus sum.
10. numquam talia verba audivi qualia tu heri dixisti.

### Ex 26B

philosophus, Athenodorus nomine, qui Athenas venerat, domum quam conduceret quaerebat. cum audivisset domum quandam infestam proscribi, quasi eos qui de umbris loquebantur sperneret, dixit se ibi mansurum esse. illa nocte servis imperavit ut mensa in prima domus parte posita, lumen relinquerent. cum servi discessissent, ipse scribendo operam dabat. silentio scribebat cum subito, ingenti strepitu audito, senis umbram longa barba vidit. digito innuebat quasi eum sequi iuberet. itaque Athenodorus, quippe qui non timeret ne umbra sibi noceret, lumine sumpto, surrexit. ubi ad aream advenerunt, umbra dilapsa est. postridie dixit aream effodiendam esse. quo facto, ossa mortui in eodem loco inventa sunt in quo umbra dilapsa erat.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 27A

1. utinam ne umquam te vidissem. non te amo. abi. noli redire.
2. utinam verba didicissem.
3. cave ne audiaris talibus de rebus loquens.
4. cave ne magister cognoscat te opere alterius pueri usum esse.
5. utinam Romae essemus.
6. utinam verbis eius operam dedissem. si audivissem, non iam in tanto periculo essem.
7. cave ne domum ebrius redeas.
8. utinam mater me nunc videre posset.
9. cave ne arbor in caput tuum cadat.
10. cave ne pater te videat cum illo iuvene loquentem.

### Ex 27B

cum iuvenis essem, cum matre ivi ut apud avunculum meum, Plinium, maneremus. ille classi eo tempore Miseni praeerat. hora septima diei mater mea ei dixit nubem mirabilem apparuisse. e monte procul oriebatur, sed nomen montis nesciebamus. avunculus, quod proficisci volebat quo hanc rem mirabilem diligentius inspiceret, ut navis pararetur imperavit. me rogavit num secum ire vellem, sed respondi me domi manere et scribere malle. cum discessurus esset, epistulam accepit, a Rectina amici uxore scriptam, quae periculo territa erat. itaque consilio mutato omnes naves navigare iussit ut auxilium quam plurimis ferret. 'cave,' inquam, 'ne ipse in periculum naviges.' utinam is quoque domi mansisset, nam cinere qui e caelo cadebat et vaporibus superatus in ora maritima periit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 28A

1. tribus cohortibus praesidio castris relictis, ipse imperator cum reliquis equitibus profectus, decem milia passuum ad hostium castra progressus est.
2. mercator domum mille denariis emit, sed nunc eam sescentis vendit.
3. senex, veritus ne oneri filiis esset, se necavit.
4. haec clades Augusto magno dolore erat et saepe audiebatur haec verba dicens 'Quinctili Vare, legiones redde.'
5. primi Romani artem scribendi non magni aestimabant; potius cupidi erant pugnandi et belli gerendi.
6. hostes urbem tot menses obsederant ut non satis cibi civibus esset.
7. si libertatem pluris aestimavissent, non se Romanis tradidissent.
8. Caesar Bruto Cassioque tanto odio erat ut eum interficere constituerint.
9. si plus temporis haberem, plures libros legerem.
10. si vis scire quanti Romani Augustum aestimarent, te hortor ut carmina Horatii legas.

### Ex 28B

C. Heius, vir divitissimus, Messanae in insula Sicilia habitat. delubrum antiquum a maioribus traditum habet in quo erant quattuor statuae, quarum pulcherrima erat statua marmorea Cupidinis. cum nostri Messanam venerant, cupidi eius statuae videndae erant, nam audiverant quam pulchra esset. et omnibus domum intrare licebat, cum Heius non timeret ne ullus Romanus umquam imaginem tam sacram tangeret. Verres autem, simul atque ad urbem advenit, omnes eas statuas ablatas in domo sua posuit. sed dicit se eas emisse. videamus igitur quanti Heius eas venderit. Verres enim eum sic in tabulis scribere iussit: 'omnes hae statuae Verri sex milibus sestertium venditae sunt.' quis vestrum nescit quanti talis statua marmorea aestimetur? si Heio statuam vendere placuisset, nonne Verres eam multo pluris emere voluisset? video ergo Verrem adeo Heium terruisse ut statuas vendere vi coactus sit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 29A

1. nihil me impedit quin cognoscam quis hanc epistulam miserit.
2. cives non dubitabant quin ipse Nero urbem incendisset ut urbem novam conderet.
3. nemo dubitare potest quin Augustus pacem Romanis dederit.
4. conandum est uxorem tuam prohibere tantum vini bibere. etiam die ebria esse videtur.
5. equites non dubitaverunt hostes trans flumen sequi.
6. si amicus tuus est, non dubitabit tecum ad oram ire.
7. tam iratus eram ut non multum abesset quin eum interficerem.
8. non dubium erat quin senatui persuasurus esset ut Pompeium exercitui praeficeret.
9. per ancillam stetit quominus cena parata esset.
10. iuvenis stultus negavit tempestatem se impedituram esse quin trans mare ad amicam nataret.

### Ex 29B

Vergilius, cum sciret se mox moriturum esse, amicos carissimos, Varum Tuccamque, arcessivit. 'decem abhinc annos,' inquit, 'carmen meum scribere incepti ut Augusto laudato narrarem quomodo Aeneas ad Italiam advenerit. dies nullus fuit quin vel duo vel tres versus scripserim. non multum abssum quin carmen perficiam, sed multa manent quae mihi displicent. carmen igitur incendendum est priusquam legatur.' sed post Vergilii mortem amici eius 'si ea quae Vergilius iussit fecerimus,' inquit, 'magnum opus delebimus, neque dubium est quin hoc magno dedecori Romae futurum sit.' itaque ipsum Augustum rogaverunt quid sibi faciendum esset. ille eis imperavit ut carmine edito, omnibus quantum esset Vergilii ingenium monstrarent. hodie nemo est quin sciat Vergilium maximum poetarum Romanorum fuisse.





## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 30A

1. si quis venerit, dic me exisse.
2. custodes rogati sunt si quem vidissent urbi appropinquantem; negaverunt autem quemquam visum esse.
3. puella se in horto celavit ne quis se videret.
4. princeps imperavit ut captivus torqueretur, nec tamen quisquam eum cogere poterat ut amicos proderet.
5. sapientissimus quisque credit animam cum corpore perire.
6. alii alia de belli causis dicunt.
7. aliquis ianuam pulsat. ne quis eam aperiat.
8. si quis leges ab hostibus oblatas accipere vult, non eum impediam quin ex urbe discedat.
9. cum ignavia militum legioni magno dedecori fuisset, dux imperavit ut decimus quisque interficeretur.
10. magister rogavit num quis sciret quando Caesar ad Britanniam advenisset.

### Ex 30B

amicus meus, Alypius, Romam iverat ut legibus studeret. quosdam ex amicis, dum ludi eduntur, forte convenit a prandio redeuntes. quamquam ludi ei odio erant, eum hortabantur ut secum ad amphitheatrum iret. 'etiam si quis corpus meum ad illum locum trahat,' inquit, 'non me cogatis oculos aperire et gladiatores pugnantes spectare.' quibus auditis, eum tamen secum duxerunt ut cognoscerent num quis posset ei persuadere ut spectaret. cum sedissent, oculos clausit ut impediret eos quominus dira quae in arena fiebant viderent. utinam aures quoque clausisset. gladiatore enim interfecto, undique clamatum est. oculis apertis, simul atque sanguinem vidit, non facere poterat quin insania turbae superaretur. postea nihil eum prohibere poterat ad amphitheatrum totiens ire quotiens ludi ibi edebantur.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 31A

se contra barbaros pugnare qui neque deos colerent neque homines curarent. eos velle Romam delere et imperium quod regerent. num se eos timere? cum deorum auxilio audacter aggredierentur. antequam sol occidisset, se eos fugatos visuros esse. fortiter pugnando se sibi gloriam immortalem comparaturos esse. patriam defenderent, libertatem sustinerent, imperium servarent.

### Ex 31B

1. se, si oppugnavissent, hostes superaturos esse.
2. eos, si Latinam discere vellent, diligenter laborare debere.
3. se, si ille epistulam scripsisset, cenam paraturum fuisse.
4. se, nisi tam fessus esset, non die dormituum fuisse.
5. si imperator milites laudaret, eos acrius pugnatos esse.
6. se, si prima luce profecti essent, ante noctem ad urbem adventuros esse.
7. se, si otium haberet, librum bonum lecturum fuisse.
8. eum, si verbis nuntii crederet, stultiorem esse quam putavisset.
9. puerum felicissimum fuisse si pecuniam quae in agro celata esset invenisset.
10. imperatorem, si de hostium consilio cognovisset, non castra positum fuisse in loco qui tam iniquus esset.

### Ex 31C

Brutus suos adhortatus est: Tarquinius tyrannum esse qui leges deorum hominumque neglexisset. nisi cives oppressisset, se non eum ex urbe expulsuros fuisse. Romam non diutius ab eo regendam esse. arma sumerent et tyranno resisterent. contra eum progredierentur priusquam flumen transiret. ne exercitum eius timerent. nonne eos territos arma abiecturos esse? libertatem defenderent quam maiores sibi tradidissent. si enim Tarquinius rediisset, Romanos servos futuros esse.

quibus verbis auditis, cives magnum clamorem sustulerunt. ad arma concursum est. nemo enim urbem contra tyranni copias defendere dubitavit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 32A

eodem tempore Galli, si subito impetum fecissent rati se Romanos facile superaturos esse, castra Ciceronis circumdederunt. ille plurimos nuntios ad Caesarem misit qui eum rogarent ut auxilium quam celerrime ferret, sed viae tam diligenter custodiebantur ut capti omnes in Romanorum conspectu interfecti sint. castra diutissime obsidebantur, sed tandem servo Gallo persuasum est ut epistulam ad Caesarem portaret. ille, epistula lecta, cum cognovisset quanto in periculo Cicero esset, veritus ne castra mox caperentur, sibi sine mora proficiscendum esse intellexit. quibus cognitis Galli copias suas ad pugnam instruxerunt.

### Ex 32B

Labieno praesido portibus relicto, Caesar naves solvit. cum ad Britanniam advenisset, hostes adeo terrebantur ut a litore discesserint. Caesar igitur, exercitu facile exposito, cum cognovisset ubi hostes constitissent, statim proficisci constituit. hostium copias instructas et cupidus pugnandi mox conspexit. proelio commisso, quamquam hostes fugati sunt, tamen Caesar, cum qualis esset terra nesciret, suis imperavit ne eos sequerentur; et si Britannos secuti essent, castra ante noctem ponere non potuissent. postridie, cum audivisset multas navium tempestate deletas esse, ad litus sine mora redeundum erat.

### Ex 32C

Vercingetorix, copiis in pugna superatis, Alesiam se recepit. Caesar eum secutus, oppidum ingenti muro fossaque circumdare incepit. antequam opus conficeretur, Vercingetorix equites passim misit qui copias novas arcesserent. sed omni cibo consumpto, ei qui Alesiae obsidebantur, cum nescirent num copiae novae adventurae essent, ut agerent quid faciendum esset concilium convocaverunt. alii eos hortabantur ut se Romanis tradiderent; alii dixerunt ex oppido erumpendum esse. quidam tam crudelis erat ut dixerit corpora eorum qui arma ferre non possent consumenda esse: si enim se sustinuissent, fore ut Romani vincerentur.

### Ex 32D

Hannibal, dum Capuae manet, imperavit ut Calavius, vir magnae inter cives auctoritatis, cum filio ad cenam invitaretur. iuveni autem persuaderi non poterat ut vinum biberet. ad solis occasum patrem in hortum duxit. cum senex miraretur quid facturus esset, gladium sub toga celatum monstravit et dixit se Hannibalem interfecturum esse: si pater nollet adesse, ei iam discedendum esse. senex autem eum oravit ne tale faceret: si enim hoc facere conatus esset, custodes eum interfecturos esse. tandem igitur patris lacrimis adeo superatus est ut gladio supra murum iacto, ad cenam redierit.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 32E

Decius Campanos ne foedus cum Poenis facerent hortatus erat, sed adeo Romanos contemnebant ut, consilio eius neglecto, laeti Hannibalem in urbem acceperint. postridie imperavit ut Decius comprehenderetur. ille autem negavit Hannibali licere civem Capuae comprehendere. quamquam haec verba vera erant, tamen abstractus est ut interficeretur. dum abstrahebatur, rogabat cur raptus esset: si enim Hannibal vi Capuam cepisset, nihil eum crudelius facturum fuisse. veriti ne cives his verbis commoverentur, Poeni eum extra portam quam celerrime traxerunt. amovendus enim erat priusquam tumultus fieret.

### Ex 32F

cum Porsenna Romam obsideret, iuvenis quidam, Mucius nomine, promisit se regem interfecturum esse. gladio sub veste celato, clam castra hostium ingressus, duo viros in tribunali sedentes conspexit. cum nollet rogare uter rex esset, forte regis scribam interfecit. cum statim a custodibus correptus esset, rex imperavit ut torqueretur. ille autem manum in ignem posuit ut monstaret Romanos fortiter et agere et pati pro libertate velle: semper ei timendum esse ne alii sibi similes eum interficere conarentur. Porsenna adeo iuvenis virtutem mirabatur ut eum remiserit. 'si enim unum virum talem haberem,' inquit, 'Romam capere possem.'

### Ex 32G

Rex Phillipus filios Theoxenae comprehendere constituerat. illa, cum haec cognovisset, adeo dolore superata est ut dixerit se ipsam iuvenes interficere malle ut Philippum impediret quominus eos corripere: si enim Philippus eos cepisset, dirissima passuros esse; nam se omnes scire quam saevus esset. cum autem maritus eius eis persuasisset ut fugerent, nocte navem solverunt. sed rex suos misit qui eos reducerent. Theoxena igitur, cum navem appropinquantem vidisset, 'morte sola,' inquit, 'a regis crudelitate effugiendum est. nolite mori timere.' primum filii se interfecerunt; deinde Theoxena, cum venenum bibisset, maritum complexa est et ambo se in mare iecerunt.

### Ex 32H

Hannibal, cum bellum in Italia gereret, Lacinium venit. in Iunonis templum ingressus, statuam auream vidit. cum nesciret num tota ex auro facta esset, eam perterebravit. cum cognovisset aurum solidum esse, adeo mirabatur ut eam secum Carthaginem vehere constituerit; quod fecisset, nisi dea ipsa visa eum impedivisset quominus tantum scelus committeret. minabatur enim oculum solum quo videre posset eum amissurum esse. deae parendum erat, cum timeret ne verba eius vera essent. ut statua nova fieret ad iram deae placandam etiam imperavit.



## *Latin Prose Composition*

---

Ex 32I

duo amici qui iter faciebant Megaram venerunt. quorum alter in taberna, alter apud amicum mansit. hic dum dormit comitem audire visus est. 'debes me adiuvere,' inquit. 'nisi enim venies, caupo me interficiet.' ratus autem somnium falsum esse, nihil fecit. deinde eundem iterum vidit: 'cum me vivum non adiuveris, oro te ut me iam mortuum adiuves.' cauponem enim se interfecisse et corpus in plastrum iecisse. postridie bubulcum consecutus rogavit quid in plaastro esset. itaque corpus amici invenit et re tota patefacta, caupo poenas dedit.

Ex 32J

Agrippa a Tiberio condemnatus in carcerem iactus est. olim sol tam calidus erat ut Agrippa siti superatus sit. 'nisi bibere potero,' inquit, 'timeo ne moriar.' servum quendam, Thaumastum nomine, qui urceum portabat forte conspectum rogavit ut sibi aquam daret. quam ubi bibit, dixit se vinculis liberatum servo praemium daturum esse. Tiberio mortuo, Agrippa non solum liberatus sed etiam rex Iudaeae factus est. neque oblitus eius quod Thaumastus fecerat, nuntium misit qui eum arcesseret. ille 'tibi statim veniendum est,' inquit. 'nonne audivisti captivum quem olim adiuveris nunc regem esse?'



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 33A

Germani, cum Ariovisto duce Rhenum transiissent, tam saeve pugnabant ut gentes vicinae mox oppressae sint. itaque duces Gallorum, cum intellexerent se solos Germanis non pares esse, Caesarem rogaverunt ut se adiuvaret. ille promisit se eis quae dixissent operam daturum esse. primo putabat legatos ad Ariovistum mittendos esse qui eum ad concilium vocaret ubi eum hortaretur ne bellum diutius gereret. Ariovistus autem respondit si Caesar secum loqui vellet, ipsi veniendum esse; nihil interim se impediturum quin eis qui in bello vicisset regnum imponeret. itaque priusquam Ariovisto occasio esset copias maiores colligendi, Caesar ad eum quam celerrime contendit.

### Ex 33B

Caesar, cum cognovisset quid Britanni in animo haberent, quia constituit nullam occasionem alterius exercitus colligendi Casivellauno dandam esse, eum ad Tamesim persecutus est. ubi ad flumen adventum est, quamquam maxima cum cura defensum erat, tamen milites tam acriter trasierunt ut hostes impetum sustinere non possent et ripa relicta fugerint. Cassivellaunus iam ad collem vallo fossaque munitum se receipt, cum speraret Britannos, si hanc arcem servavissent, Caesarem impedituros esse quominus longius progredederetur. illa quoque a Romanis capta, cum non iam speraret se Caesarem in pugna superaturum esse, legatos misit ut se dederet. ei imperatum est ut obsides tributumque Romanis daret.

### Ex 33C

Caesar, cum cognovisset Pompeium ad Asparagium esse, illuc profectus est. quo ubi advenit, castris positus, postridie copias instruxit et occasionem pugnandi Pompeio dedit. cum ille in castris maneret, Caesar, ratus alterum consilium capiendum esse, Dyrrachium progressus est, quod sperabat se aut Pompeium e castris exire coacturum aut Dyrrachio interclusurum esse, quo in loco omnes commeatus reliquisset. primo Pompeius nesciebat quo Caesar iter faceret, sed consilio cognito, intellexit si commeatus amisisset, Caesarem se facile superaturum esse. itaque imperavit ut Dyrrachium contenderent ne ab hostibus caperetur. Caesar autem summa cum celeritate contendendo prius ad oppidum advenit quam Pompeius servaret.

### Ex 33D

libri Xenophontis tibi summa cum diligentia legendi sunt, nam multa utiliaque docet. inter alia narrat quomodo Lysander missus sit ut dona Cyro, Persarum principi, daret. cum advenisset benignissime receptus, occasio per urbem circumeundi ei data est. dum circumducitur, hortus eximiae pulchritudinis ei monstratus est. quem hortum Lysander adeo mirabatur ut dixerit eum a quo curaretur summa laude dignum esse. quibus auditis, Cyrus dixit non solum se ipsum hortum colere, sed etiam manibus suis multas arborum posuisse. Lysander, cum Cyrum vestibis purpureis vestitum et auro ornatum videret, si vir talis agro colendo studeret, eum putabat felicissimum esse.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 33E

duo viri ad eandem tabernam forte venerunt, quorum alter multum pecuniae portabat, alter gladio armatus erat. cum cenam consumpsissent, in eodem cubiculo dormiebant. caupo igitur quamquam putabat pecuniae auferendae occasionem sibi oblatam esse, tamen intellexit quoque se, si captus esset, poenas miserrime daturum esse. cum autem consilium cepisset, periculo neglecto, cubiculum clam ingressus, gladium rapuit, divitem interfecit, gladium reposuit. ante primam lucem excitatus is cuius gladio caupo usus erat, ratus alterum virum adhuc dormire, secum gladium portans, profectus est. deinde caupo, eum accusans quod comitem interfecisset, secutus est. invento gladio cruento, ad magistratus infelicissimus iste tractus est.

### Ex 33F

Simonides, dum apud Scopam cenat, camen ad patronum laudandum scriptum cecinit. cum autem in eodem carmine laudes Castoris et Pollucis quoque narravisset, Scopas tam iratus erat ut dixerit se poetae solum dimidium praemii daturum esse quod promisisset; reliquum a deo utroque peteret. haud multo post Simonides rogatus est ut exiret: duo enim iuvenes eum extra expectare. nec tamen cum exisset quisquam ibi aderat. conclave autem in quo Scopas cenabat tam subito collapsum est ut omnes qui inerant oppressi mortui sint. Simonides, cum sciret se quoque, si in conclave fuisset, moriturum fuisse, non dubitabat quin iuvenes illi essent dei qui ad se servandum venissent.

### Ex 33G

Plato narrat pastorem quendam, Gygem nomine, olim in speluncam descendisse ubi corpus mortuum invenerit, cuius in digito sit anulus aureus. quo anulo ablato, Gygem ad ceteros pastores rediisse, sed mox cognovisse se, si anulum ad manum vertisset, videri non posse. ratum igitur se iam magnas divitias comparandi occasionem habere, reginam illius terrae corrupisse et ei persuasisse ut auxilio sibi esset ut regem interficeret. itaque Gygem, cum omnes qui resisterent oppressisset, regno occupato, omni vitio indulgisse. quis eadem non faceret, si anulum talem haberet? nonne omnes scelesta faceremus, nisi timeremus ne poenas daremus?

### Ex 33H

postquam ad Cannas pugnatum est, ceteri duces Hannibalem circumfusi sunt ut eum propter victoriam eximiam laudatum hortarentur ut militibus confectis reliquum illum diem et proximam noctem requiescere liceret. Maharbal autem, cum crederet non cunctandum esse, ei persuadere conatus est ut Romam statim contenderet: se enim cum equitibus praecessurum esse; Hannibal cum peditibus sequeretur; Romanos prius visuros esse quam audivissent se adire; quinque diebus eum in Capitolio cenaturum esse. nec tamen Hannibali verbis eius persuasum est. si Maharbalis consilium secutus esset, urbem facile cepisset. sic unius diei mora saluti urbi imperioque erat.



## *Latin Prose Composition*

---

Ex 33I

Augusto mortuo, seditio gravissima inter legiones quae ad Rhenum erant erupta est. Germanicus legatus, quod intellegebat sibi celerrime agendum esse, ad castra festinavit et cum milites convocavisset, rogavit cur munera militaria perficere nollent. alii de centurionum crudelitate questi sunt; alii negaverunt pecuniam quam Augustus promississet se daturum acceptam esse; veterani rogaverunt ut domum antequam morerentur redirent: si Germanicus princeps fieri vellet, etiam se eum Romam ducturos esse. quibus auditis, Germanicus tam iratus erat ut gladio stricto exclamaverit mori melius esse quam principem prodere. et se necavisset nisi amici manum eius rapuissent.

Ex 33J

dum iter facit Augustus Nolae obiit. haud multo priusquam mortuus est, rogavit num bene fabulam vitae egisset. corpus eius Romam reportatum est ubi senatores adeo dolore superati sunt ut de funere eius parando et de memoria colenda plurima censerent. corpore cremato cineres in sepulchro quod ipse aedificaverat conditi sunt. non dubitari potest quin post multa bella gesta pacem Romanis dedisset. templa quoque constructa erant quo urbs pulchrior esset. sunt qui dicant libertatem civibus ademptam esse; alii credunt nisi princeps factus esset, bella civilia exitio Romae futura fuisse.





## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 34A

quibus perfectis, Caesar ad oppidum Avaricum profectus est. hoc maximum munitissimumque in Biturigum finibus erat, et agros fertilissimos habebat. sperabat enim, hoc oppido capto, se omnes Bituriges superaturum esse. Vercingetorix, tot cladibus iam acceptis, cum suos ad concilium convocavisset, negavit bellum eodem modo gerere licere quo prius gestum esset: se tempore anni adiuvari, cum neque frumentum in agris esset neque pabulum secari posset. hostes igitur frumentum pabulumque e Gallorum aedificiis petere cogi. itaque Romanos impediendos esse quominus hos commeatus adipiscerentur; nam si neque cibum sibi neque pabulum equis haberent, eos non posse pugnare et ad Italiam victos regressuros esse. omnia igitur oppida aedificiaque incenderent. hac sententia probata, uno die viginti Biturigum oppida incensa sunt. quamquam hoc eis magno dolore erat, pro cero habebant, victoria paene explorata, se mox ea quae amisissent reciperatos esse. sed oraverunt ne Avaricum, urbem totius Galliae pulcherrimam, manibus suis incendere cogerentur: se eam facile defensuros esse, cum flumine paludeque circumdata, solum unum aditum angustum haberet. primo Vercingetorix hortabatur ut ea urbs quoque incenderetur, sed tandem precibus eorum cessit. itaque castris circiter sedecim milia passuum ab Avarico positus, Caesarem exspectabat.

### Ex 34B

post Augusti mortem, Tiberius senatum convocavit ut de funere principis mortui parando agerent. deinde Tiberius de imperii magnitudine et modestia sua locutus est: solam mentem Augusti divinam posse tantum imperium regere; ab eo vocatum ut in laboribus eum adjuvaret, expertum se intellexisse quantum onus esset omnia regendi. itaque in urbe quae tot viros illustrissimos haberet, ne uni viro omnia committerent. plures, inter se laboribus divisis, facilius rei publicae munera exsecturos esse.

Tiberius sive natura sive consuetudine semper sic loquebatur ut difficile esset intellegere quid re vera dicere vellet. itaque his verbis auditis, senatores nesciebant utrum princeps fieri recusaret necne. veriti igitur ne intellegere viderentur, lacrimis ex oculis cadentibus, manus ad deos, ad Augusti imaginem, ad ipsum Tiberium tendebant cum libellum recitari iussit. qui ab ipso Augusto scriptus omnes copias populosque imperii continebat.

sed tandem, cum clamoribus omnium confectus esset, ei persuasum est, non ut regeret, sed ut desineret rogari.



## *Latin Prose Composition*

---

### Ex 34C

Alaricus, quamquam Romam diutissime iam obsidebat, cum neque vi neque ullo dolo alio urbem capere potuisset, intellexit se numquam eam capturum esse, nisi consilio callidissimo ad Romanos decipiendos usus esset. itaque inter iuvenes imberbes qui in exercitu erant trecentos legit quos sciebat nobiles fortesque esse et dixit se, simulantem eos servos esse, patriciorum quibusdam daturum esse: simul atque domos eorum intravissent, eis cupidissime servirent; mox die certa, dominis dormientibus, ad portam Salariam irent et cum impetu subito cutodes interfecissent, portas quam celerrime aperirent. deinde Alaricus legatos ad senatum misit qui dicerent se virtutem eorum admirari neque diutius vexaturum esse, neve sui obliviscerentur, velle se cuique servos aliquos dare.

quae verba cum laetissimi audivissent, donis acceptis, quod omnino nesciebant quid barbarus in animo haberet, maxime gaudebant. iuvenes enim cum libenter dominis parerent, impediabant quominus insidias suspicarentur et simul Alaricus ut omnia ad descendendum pararent suis imperavit. die tamen certa, prope portas Salarias, ubi prima obsidione castra posuerat, totum exercitum armatum paratumque ad impetum faciendum habebat. ad quam portam tempore constituto omnes iuvenes venerunt et custodes subito aggressi interfecerunt. deinde portis apertis Alaricum exercitumque in urbem acceperunt.

### Ex 34D

gentes Germanicae quae a Vortigerno rege in Britanniam invitatae erant ut eum adiuverent in bello gerendo contra hostes qui ab aquilone incurrebant, amicitia subito inita cum Pictis quos iam vi et armis repulerant, arma contra socios vertere inceperunt. primo eos plus frumenti praebere coegerunt, et cum occasionem rixandi peterent, dicebant se, nisi plures commeatus sibi lati essent, foedere rupto totam insulam populaturos esse; et mox ea quae minabantur facere inceperunt. nam omnes urbes agrosque vicinos diripuerunt; passim a mari occidentali ad mare orientale nullo resistente praedati sunt; paene omnem insulae partem vastaverunt. aedificia et publica et privata eversa sunt; sacerdotes passim ante aras iugulati sunt; praesules et populus igne gladioque interfecti sunt; neque erat quisquam qui eos sic crudeliter trucidatos sepeliret. ex paucis miseris qui supererant alii in montibus capti, obtruncati sunt; alii fame confecti exierunt et se hostibus tradiderunt ut cibum haberent, semper servi futuri nisi statim occisi erant; alii trans maria tristissimi fugerunt; alii qui in patria manebant, in silvis, rupibus, montibus miserrime habitabant, quippe qui vix satis cibi haberent quod vitam sustineret et semper se mox morituros esse crederent.



## *Latin Prose Composition*

---

Ex 34E

itaque ad fluminis ripam vectus ignem atrocissimum vidi. omnes bona sua eripere conati, vel in flumen iaciebant vel in lintres qui adiacebant ferebant. pauperes qui in domibus manserant donec ipse ignis ad eos advenit, ad navigia currebant. inter alia columbas miseras animadverti nolle domus suas relinquere sed circum fenestras maenianaque volitare donec nonnullae pennis ambustis ad terram caderent.

ibi moratus, cum momento unius horae ignem undique furere vidissem neque quemquam extinguere conatum aspexissem, ad palatium me contuli (mecum ibat quidam qui a Turre navigare volebat ut incendium e navigio meo videret). cum advenissem, ad cubiculum regis adii ubi ad me omnes concurrunt, qui verbis meis auditis maxime timebant. a rege, cum ei haec relata essent, vocatus, ea quae videram narraui: nisi ille suis imperavisset ut domus demolirentur, nihil incendium prohibitorium esse. commotis omnibus, rex me iussit ad praetorem urbanum ire atque ei imperare ne ulli domui parceret.

cum ad templum festinavissem, Via Recta sic ambulabam ut poteram; nam omnes fugiebant bonis onerati quae servare cupiebant; passim aegros in cubilibus auferebant; bona in plaustris et in tergo portabant. tandem praetori occurri qui sudario circum collum ligato mihi confectus videbatur. iussis regis auditis, 'hercle,' inquit, 'quid faciam? nam confectus sum. neque enim mihi paretur. iam diu domus demolior, sed ignis prius consequitur quam nos eas demoliri possumus.' itaque digressi sumus. dum domum ambulabam, cives amentes videbam nec tamen quidquam ad ignem extinguendum factum.



## *Latin Prose Composition*

---

Ex 34F

ego ipse confido, si omnes officium praestiterint, si nihil neglectum sit, si quam optime paratum sit – sicut paratur – futurum esse ut hanc insulam in qua habitemus iterum defendere possimus, tempestatem belli sustinere, tyranno qui nobis minetur superesse, si necesse sit plurimos annos, si necesse sit, soli.

sic quidem agere conaturi sumus; sic regis praefecti ad unum constituerunt; sic senatus populusque decrevit.

cives et imperii Britannorum et reipublicae Gallorum, causa necessitudineque coniuncti, inter se summis viribus tamquam amici fideles adiuvantes, usque ad mortem patriam defendent.

quamquam magnae continentis regiones et multae nobilesque civitates a Gestapianis et Nazis crudelitate atrocissima vel oppressae sunt vel fortasse opprimentur, nos neque deficiemus neque deerimus. ad finem perstabimus;

pugnabimus in Gallia,

pugnabimus in maribus oceanisque

pugnabimus maiore fide et maioribus viribus in aere

defendemus insulam nostrum, quidvis passuri

pugnabimus in litoribus

pugnabimus in aditibus

pugnabimus in agris et in viis

pugnabimus in collibus.

numquam dedemur; et – quod nullo modo credo futurum esse – etiamsi haec insula aut magna eius pars subigatur atque cibo careat, tamen milites imperii quod tans maria habemus, armati et classe Britannica defensi, bellum gerant donec, deo volente, cives terrarum novarum, cum omnibus copiis et cum summis viribus ad terras antiquas servandas liberandasque prodibunt.



## *Latin Prose Composition*

---

Ex 34G

quamquam iterum affirmamus quanta sit civitatis nostrae magnitudo, tamen intellegimus magnitudinem numquam datam esse. quin ea nobis merenda est. qui hoc iter fecimus numquam compendiariis ivimus, numquam quod parum est accepimus. is trames non fuit timidorum, non eorum qui otio frui potius quam laborare malunt, aut qui solas voluptates divitiarum famaеque petunt. sed qui pericula adeunt, qui in rebus agendis versantur, qui utilia faciunt – nonnulli illustres sed saepius viri feminaeque quorum labores ignoti sunt – ei nos per tramitem longum difficilemque ad res secundas atque ad libertatem portaverunt.

propter nos, bonis paucis compositis, ut vitam novam quaerent trans oceanos navigaverunt. propter nos in officinis miserrimis laboraverunt, occidentem occupaverunt, verbera flagelli passi sunt, solum durum araverunt. propter nos ad Concordiam, ad Gettysbergium, in Normandia, ad Khe Shanum, in locis aliis, pugnaverunt et perierunt.

identidem hi viri atque hae feminae contendebant, commoda sua neglegebant, donec manus crudeae erant laborabant, quo nos vitam haberemus meliorem. Americam credebant ampliorem esse summa earum rerum quibus singuli studeamus, maiorem omnibus quae inter nos genere, censu, partibus differamus.

hoc est iter quod hodie continuamus.